



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

424. Ut Clerici cum epistolis Episcopi sui profiscantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

De eadem re. *Ex dictis Basily Episcopi.*

CCCCXXIII. Si quis eum qui distri- Burchard. lib.  
2. c. 228.  
ctionem ecclesiasticam non ferens fugam me-  
ditari agnoverit, si non statim prodiderit, pro-  
ditionis illius participem se esse non dubitet, &  
tandiu à conventu fratrum sequestrandus est  
quandiu ille valeat revocari.

Ut Clerici cum epistolis Episcopi sui profi-  
ciscantur. *Ex canonibus Apostolorum.*

CCCCXXIV. Si quis Clericus aut lai- Canon. Apo-  
stolor. c. 13.  
Burchard. lib.  
2. c. 136.  
cus ad alteram properat civitatem, & suscipi-  
tur præter commendatitias epistolas, & qui  
susceperit & qui susceptus est communione  
privetur.

De eadem re. *Ex Concilio Antiocheno.*

CCCCXXV. Nullus peregrinorum si- Concil. An-  
tioch. c. 7.  
Burchard. lib.  
2. c. 137.  
ne pacificis, id est, commendatitiis suscipia-  
tur epistolis.

De eadem re. *Ex Concilio Chalcedonensi.*

CCCCXXVI. Peregrinos Clericos & Concil. Chal-  
cedon. c. 13.  
Burchard. lib.  
2. c. 139.  
Lectores in alia civitate præter commenda-  
tias litteras Episcopi sui nusquam penitùs mi-  
nistrare debere.

De eadem re. *Ex Concilio Agathensi.*

CCCCXXVII. Presbyter aut Dia- Conc. Agath.  
c. 52.  
Lib. 7. Capí-  
tular. c. 149.  
Burchard. lib.  
2. c. 44.  
conus aut Clericus sine antistitis sui litteris  
ambulans, communionem ei nullus impen-  
dat.